



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

18 Bello & armis ciues ab externis hostibus defendere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM XVIII.

Bello cives defendere. DEFENDERE CIVES AB HOSTIBUS, non solum internis, (maleficis,) eos necando & ab externis (vbi alia via defendi nō possunt) bello & armis, ne in vrbis quasi costis & lateribus suas hastas figant.

Vide 44. Pol. M. l. ij.

Cicero I. de Off. ait: Cum duo sint generum per vim; cumq; illud proprium sit hominibus belluarum, confugiendum est ad posterius, non licet superiore. Quare suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, vt sine iniuria in pacem uatur. Et: Expetenda magis est decernendi ratio quam decertandi fortitudo. Bellum autem ita suscipiatur, vt nihil aliud nisi pax quaesita videatur. Et: Temerè in acie versari, & manu cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile. Sed cum tempus necessitasq; postulat, decertandum manu est, & mors seruituri turpitudinem anteponenda.

Plena iustitia est fortitudo, quæ patriam, suos, congressus alios tuetur, ac defendit. (Iulian. Cod. l. 19.) Neque verbis, sed armis hostes vincuntur, neque sine viribus tuta sapiētia est. (Plato to epist. 2.) Ad depellendas iniurias necessaria arma sumuntur, & quemadmodum est modestum conuincere, nisi iniuria affectus fueris: ita iustitia est, & improbitas, illatas Reip. iniurias non

vicisci. (Plato 5. de Rep. Arist. 7. Pol. c. 8. & in Rhet. Thucyd. lib. 1. Liu. lib. 2. dec. 3.) Cùm propulsantur iniuriæ, cæteri ad iniuriã fiunt tardiores; quia nemo audet prouocare eum, aut iniuria afficere, quem intelligit promptum & expeditum esse ad defendendum. (Liu. lib. 5. dec. 3.)

Tum demum bellum gerendum, cùm causa est iusta, & cùm omnia illa tentata sunt, quibus bellum declinari potest, nec amplius, nisi in armis, spes relinquitur: sapientes enim viri magis finem, quàm initium spectare, & priusquam ad arma prorumpunt, omnia consilio experiri solent. (Plut. in Annib.) Qui autem iniuste bellum gerit, omnia per vim ablata restituere tenetur. c. sicut, de Iuretur. Et milites, qui sequuntur bella iniusta, fiunt infames. Lancelot. David iuste mouit bellum contra Regem Ammonitarum ob derisos suos legatos. 2. Reg. 20. 21. & 22. Vide Bellar. de Laicis, cap. 14.

Potest etiam Magistratus, si videat vicinas ciuitates edificari, id vel impedire, vel fortiores ijs obijcere: cùm generatio vnius, alterius sit interitus. Hinc Tullus Hostilius Rex Rom. Albã potentis, ciuitatem deiecit, vt Roma cresceret: Tarquinius Priscus Corniculum, Seruius Tullius Pomeriam, populus Rom. Veiorum ciuitatem. Cùm Phœnices, fugientes tyrannidem Pygmalionis tyranni, in Africam venissent, cumque repellerentur ab Afris, petierunt tantum loci ad incolendum, quantum tauri tergus comprehenderet. Riserunt illi Phœnicum tunc sordes, & puduit tantillam rem pernegare, sed maxime mirati sunt, quomodo oppidum in eo spatio posset fieri, cupidiq̃ue videndi commentum ingeniosum,

Pro Colo-
niensibus
militar. mi-
litar. caele-
stis, etc.

osum, iurati promiserunt se daturos. Phoenice
verò secte in orbem corio, sic vt vnam corio
efficerent tenuissimam, circumtenderūt: vbi
arx postea Carthaginensium, quam inde Byrsa
nominarunt. Procedete verò tempore incur-
tes finitimos, & vincentes, nauibus quoque
mare victum quarentes, more patrio, arci & v-
bem circumdederunt, iamque potentes obtin-
runt Africam mari latè imperantem. *Appian.*
bellis Punicis. Id ipsum euenit Segoregionibus
quorum Rex Senano permittit Phocensibus Ni-
siliam in suis finibus ædificare, quæ tandem
ciuibus primùm inquilinis, protulit dominos
gionum. *Iustin. lib. 43.*

SIGNVM XIX.

*Imp &
militum de-
lectum ha-
bere.*

ACCVRATVM ET IMPERATO-
rum & militum habere
delectum.

Portet diligenter legere milites, & enucle-
tim adscribere, non temere: quia non vni-
sed pondus habent sine iudicio milites lecti. (*Liu. li-
neca 6. de Benef. cap. 31.*) & impedimento magis
sunt, quam auxilio, qui vel necessitate quadam
vel imprudentia, vel auaritia promiscuè & co-
fused in militiâ cooprantur. (*Liu. lib. 9.*) Leges
sunt adolescentes, qui non minores sint 17. an-
nec maiores 46. (*Liu. dec. 2. lib. 2. Polyb. lib. 6. externi
lust. in Jug. Suet. in Aug. Cal. lib. 10. c. 38. Veget. lib. 1.
1. cap. 4.*) quia iuuenes inde sunt dicti, quod d-